

*rechnung der Indiktion ist somit ein Fehler unterlaufen, diese wurde um eine Einheit zu niedrig angesetzt und müßte demnach 7 (statt 6) lauten.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. EKKEHARDUS DEI GRATIA MERSBURGENSIS ECCLESIE EPISCOPUS. | Quoniam ex iniuncto nobis a deo presulatus officio debitores sumus<sup>3)</sup> operam dare iusticie et equitati, | cum ecclesie ad mutuuum teneantur consilium et auxilium, visis privilegiis super contractu Cellensis cenobii | et illustris marchionis Misnensis Theoderici<sup>4)</sup> habitis, quibus prefatus marchio predictae ecclesie villam Ranstede | cum universis suis attinenciis, decem quoque mansos in Glasowe itemque decem in alia Glasowe nec non | et decem in villa Miltiz tum pro remedio anime sue tum pro taxacione pecunie cum consensu comitis Friderici | de Brene, quoniam<sup>a)</sup> tunc temporis hunc solum sustinebat heredem<sup>5)</sup>, contradidit, a quo nimirum comite, quicquid | in prefatis villis dicionis habuerat, simili condicione fratres predicti iam ante redemerant<sup>6)</sup>, nos gestis | subscribimus. Denique id, quod legitime celebratum est, auctoritate<sup>b)</sup> dei et nostra confirmamus et, ne hunc rationabilem | contractum et sollempnem resignationem quis violare vel infringere presumat, in virtute sancti spiritus | et auctoritate apostolorum sub horrendi anatematis vinculo districte interdiciamus et hanc confirmationis | paginam ad immortalem huius rei memoriam sygilli nostri impressione et banni confirmatione comunimus | statuentes, ut contractus vel resignationis prefate violator anathema sit et eternas cum Iuda traditore | penas persolvat. Data Mersburck in sollempni synodo anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>X<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>, | indictione VI<sup>a</sup>, presidente Romane sedi papa Honorio, regnante Romanorum rege Friderico, | pontificatus nostri anno III<sup>o</sup>, presentibus et approbantibus quam plurimis ydoneis personis testibus tam clericis | quam laicis, quorum hic nomina sunt annotata: Heinricus prepositus, Heinricus decanus, <sup>c)</sup>Heinricus de Kamburch, | Heinricus de Kamburch<sup>c)</sup>, Heinricus de Groiz, Willelhelmus regularis de Lipz, Heinricus de Warin.

(SP.)

## 59.

***Markgraf Dietrich von Meißen beurkundet, daß Heinrich von Kohren 7 Hufen in Rauba für 100 Mark von Heinrich von Böhlen gekauft und diese dem Kloster Altzelle, das in Rauba bereits 3¼ Hufen besitzt, übertragen hat, woraufhin Heinrich von Böhlen und andere von ihren Ansprüchen auf die genannten Hufen zurückgetreten sind.***

a) que(m) (?) von erster Hand mit derselben Tinte zu quo(niam) korrigiert; Rasur (0,3 cm) zwischen quo(niam) und t(un)c A.

b) auctorite A.

c) sic A, wohl versehentlich doppelt aufgeführt.

3) Vgl. Rom. I, 14.

4) Vgl. UB Altzelle I, Nr. 57.

5) Vgl. ebd., Nr. 57, Anm. 4.

6) Vgl. ebd., Nr. 43, 44 und 53.